

V DALFRIDVS PRAESVL EYSTETENSIS.



**V**Dalfridus in bonis literis à teneris annis op-timè educatus fuit. Itaq; is in virū doctum & prudētiſſimū ſui temporis euafit. Vnde cū Erckenaldus præſul Eystetēſis fato functus eſſet, omniū conſenſu nonus eius Ecclesiæ Episcopus electus eſt. Eam etiā functionem magna pietate & dexte ritate longo tēpore admiſtrauit. Vnde Cæſarib. Arnolpho, Cōrado, & Heinrico i. inter cōſiliarios receptus, gratiſſimus fuit. Itaq; eius Episcopatum ob antistitis mirabiles uirtutes multis priuilegijs exornarūt, atq; ei potestatē fecerunt cudendi mo netam. Eo tēpore Hunni grauiter pios perſequeranſ, & uaſtabant Germaniam. Vnde pius præſul exules recepit, atq; protexit. Impijs etiam quantum potuit reſtitit. Cum hoc modo per 31. annum optimè ſuam Eccleſiam admiſtrasset, tandem anno 933. morturus, Starhandum ſuccellorem habuit. Anonimos.